



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Compendivm Summæ Card. Toleti

Minucius, Genesisius

Sammieli, 1613

De partibus missæ. c. 5.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41701

habet eleuatio manuum mearum
sacrificium vespertinum, hebraice
habetur, Missach cappai, quæ Di-
uus Hieronymus vertit oblatio ma-
nuum mearum : quare & re ipsa
Missa nihil aliud est quam * obla-
tio Corporis & sanguinis D. N.
Iesu Christi, sub speciebus panis,
& vini facta, & sacrificii ab ipso
semel exhibiti expressiua.

De partibus Missæ. Cap. 5.

Missa in tres diuiditur par-
tes. Prima ab introitu vs-
que ad Offertorium. Se-
cunda. Ab Offertorio inclusiue,
vsque ad Postcommunionem ex-
clusiue. Tertia a Postcomunione
ad finem vsq;. In prima per epistolam
& Euangelium populus instruitur.
In secunda preparantur, & offe-
rantur consecranda. In tertia, per
orationem fit gratiarum actio. Cor-

pus & sanguis Domini sub speciebus panis & vini contenta, sunt sacrificium & sacramentum: Sacrificium quidem quatenus Deo patri offeruntur, in consecratione & sumptione à sacerdote. Sacramentum autem dicitur quatenus sub illis speciebus corpus, & sanguis Christi continetur, unde quod post missam in pixide asservatur, sacramentum est, & non sacrificium.

De valore missæ ratione sacrificii. Cap. 6.

EX Missæ sacrificio duplex valor consurgit, alter ex actu offerentis, qui dicitur ex opere operantis, alter ex ipsa oblata: prior ex maiore charitas feruore augetur, posterior semper idem est, & est finiti gradus, nam etsi res oblata sit de se infinita, offerens, & oblatio, ex quibus valor attenditur, sunt finita. Iste autem valor